Conſtitutio 12

perpetua S.D.N.Domini Iulii Papæ.III.
contra retinẽtes beneficia eccleſia
ſtica,abſq; literis Apoſtolicis
ſuper eiſdẽ retẽtionibus

*Necnon cõtra quoſcunq; apprehendentes poſſeſſiones
beneficiorum eccleſiaſticorum abſq; eiſ
dem literis Apoſtolicis.*



Digitized by Google

Sãctiſsimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Iulius, diuina prouidentia Papa.III. Cui nuper innotuit quod licet alias fe.re. Gregorius decimus, in generali Cõcilio Lugudunẽſi. ſua generali cõſtitutione sanciuerit ꝙ nullus ex tunc de cætero Adminiſtrationẽ dignitatis ad quam electus eſſet priuſquam celebrata de ipſo electio cõfirmaretur ſub Oeconomatus vel procurationis nomine, aut alio de ſnouo quæſito colore in ſpiritualibus vel temporalibus per ſe, vel per alium pro parte vel in totũ gerere vel recipere, aut illis ſe, immiſcere præſumeret omnes illos qui ſecus feciſſent iure, ſi quod illis per electionem quæſitum foret decernens eo ipſo priuatos, & pie me. Bonifacius Octauus, etiam ſua perpetua valitura conſtitutione ſanciuerit; vt Epiſcopi, & alii prelati, ſuperiores, necnon Abbates, Priores, & ceteri Monaſteriorum regimina exercentes quocunq; nomine cenſerentur, qui apud ſedem Apoſtolicam promouerentur, aut cõfirmationis, conſecrationis, uel benedictionis munus reciperent admiſſas eis eccleſias, & Monaſteria dictæ ſedis literis eorum promotionem, confirmationem; conſecrationem, ſeu benedictionẽ huiuſmo di continentibus nõ confectis accedere vel bonorum eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere nõ præſumerent, nulliq; eos abſq; dictarũ

literarum oſtenſione reciperent, aut eis parerent, vel intenderent. Quod ſi forſan contra præſumptum fuiſſet, quod per ipſos Prælatos, Abbates, Priores, & alios Monaſteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum foret irritũ haberetur, nec quicquã interim iidẽ Epiſcopi vel Prælati, Abbates, Priores, vel regimina exercẽtia de eccleſiarum vel monaſteriorum eorundem prouentibus perciperent, & re. me. Paulus Tertius, Rom. pontifices prędeceſſores noſtri quibuſcunq; Tabellionibus publicis ſub excommonicationis latæ ſententiæ pęna in hibuerit, ne extũc de cętero, de Trãſumptis ſupplicationũ pręterquã haben. Clauſulam ꝙ earum ſola ſignatura ſufficeret, ac decreto, & cõceſſione literarum, ſeu mãdatorum poſſeſſionem beneficiorum eccleſiaſticorum vigorẽ ſupplicationum huiuſmodi apprehẽdi, rogari deberent, neue illa ſubſcribere, aut quouis modo auctenticare, uel partibus tradere præſumerent, volens & apoſtolica auctoritate ſtatuẽs inter cætera, ꝙ partes Tranſumptis, ſeu literis, aut mandatis huiuſmodi, extunc deinceps vtentes, ac illorum prætextu poſſeſſionem beneficiorum huiuſmodi apprehendẽtes fructus quos ex illis pro tempore perciperent ſuos nõ facerent. Quinimo ad beneficia in eiſdem trãſumptis, & literis, ac mãdatis expræſſa efficerẽtur; ipſo facto perpetuo inhabiles & ad reſtitutionem fructuum ex illis pro

Digitized by Google

tempore præceptorum, in vtroq; foro teneretur. Decernens sic iudicari debere, ac irritũ &c. Et ſucceſsiue Sanctitas ſua, attendens, q; ante confectionem literarum gratia apoſtolica, eſt informis, inter alia voluerit, ſtatuerit, & ordinauerit, q; iudices in Romana curia vel extra eam pro tempore exiſtentes, etiam ſi eſſent Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Card. vel eãrum Palatii apoſt. Auditores, aut quicunq; alii nõ iuxta ſupplicatiõ. ſup impetratiõ. ſignatarum tenores & formas iudicare deberent, etiam decreto irritanti adiecto Nihilominus diuerſi Epiſcopi, & alii Prælati ſuperiores, & Abbates, literis ſuper diſpenſatiõ. retinendi beneficia per eos antequã promouerẽtur, aut eorum electiones confirmarentur obtẽta per prædictam ſedem pro tempore conceſsis minime confectis beneficia per eos obtenta prædicta retinere & diuerſæ aliç pſonæ eccleſiaſticæ poſſeſsiõ beneficiorum eccleſiaſticorum eis dicta auctoritate conferri, ſeu commendari, vel in eorum fauorem vniri, aut alias diſponi conceſsiõ. literis apoſtolicis deſuper non expeditis apprehendere præſumunt in habilitatẽ, & alias pçnas in ſanctionibus & inhibitione, ac voluntate & ſtatuto prædicit. cõtentas damnabiliter inccurrendo in animarum ſuarum periculum, Volens periculis animarũ huiuſmodi latius occurrere ſanctiones & inhibitionem, ac voluntatem, & ſtatutum huiuſmodi quo

rum tenores Sanctitas ſua, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur haberi voluit pro expreſſis approbans, & innouans, ac perpetuo obſeruari debere, decernẽs, & ſanctiones ipſas ad inferiora beneficia eccleſiaſtica, quæcunq; , quomodocunq;, qualificata amplians, & extendens, hac ſua in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuit, & ordinauit ꝙ omnes & ſingulę perſonę eccleſiaſticæ, tam ſeculares, q̃ quorumuis ordinum regulares, cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant etiam ſi epiſcopali vel archiepiſcopali, aut patriarchali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, ꝙ de cętero literis ſuper diſpenſatioñ. retinendi beneficia per eos antequã promoueantur, aut eorũ electiones confirmentur obtenta eis per ſedem eandem pro tempore conceſſis minime confectis beneficia ipſa retinere, aut poſſeſſionem alicuius, ſeu aliquorum beneficiorum eccleſiaſticorum cũ cura vel ſine cura ſecularium vel quorumuis ordinũ regularium quęcunq;, & qualitercunq; qualificatorum eis dicta auctoritate apoſt. cõferri ſeu commẽdari, aut in eorũ fauorem & cõmodũ vniri ſeu alias diſponi cõceſſioñ. literis apoſtolicis ſup collatione, ſeu commenda, aut vnione, ſeu alia diſpoſitione huiuſmodi non expeditis per ſe, vel per alium, ſeu alios eius nomine etiam ſupplicatioñ. ſeu ſumptorum vel tranſumptorum huiuſmodi, aut collationum eis poſtmodum de ipſis beneficis tã-

quam etiam tunc certo modo in ſupplication . ex preſſo vacantibus ordinaria vel alia quauis aucto ritate factarũ prætextu apprehendere pſæſumpſe rint,aut per alios apprehenſam ratam , & gratam habuerint ipſorum beneficiorum nõ poſſeſſores ſed meri & nudi detentores,ac violenti, & ſine ali quo titulo in eis intruſi cenſeantur,& pro talibus habeantur , & reputentur , nec fructus ſuos faciãt ſed ad illorum reſtitutionem , ut præfertur,teneã tur,& obligati exiſtant , cõſtitutiõñ.ſeu dictę can cellariæ regulæ de annali,& trienali poſſeſſore in illis locũ non habeant, nec eiſdẽ detentoribus, & intruſis in aliquo ſuffragentur quinimo beneficia per eos tempore promotionis ſuæ , aut eorũ ele- ctionis,cõfirmationis,obtenta literis ſuper diſpen ſatione ea retinendi,ſibi conceſſa nõ expeditis re- tinentes,aut poſſeſſionem beneficiorũ literis apo- ſtolicis ſuper illis non confectis apprehendentes, ſeu per alios apprehenſam,ratam , & gratam ha- bentes beneficia,ſic reteta,aut apprehenſa , & om ne ius quod in illis,vel ad illa pro tẽpore quomo dolibet habuerint eo ipſo amittant , illiſqꝫ, & illo priuari,ac ad illa de cætero obtinenda perpetuo in habiles,nec illa vlterius,& prætextu noui tituli aut nouæ cõmendę,vel vnionis , ſeu alterius diſ- poſitionis etiam apoſtolica auctoritate facta aſſe- qui valeant, ſed beneficia ipſa tanquã de iure,& fa cto vacantia aliis conferri,ſeu cõmendari , & per

quoſuis, tam ab eorũ ordinariis,collatoribus,quã a ſede prædicta libere impetrari poſſint,& ſi beneficia ipſa litigioſa fuerint collitigantes in omni iure,& ad omne ius quod beneficia retinẽtibus, aut poſſeſſionẽ apprehendentibus huiuſmodi in eiſdẽ beneficiis,uel ad illa quõlibet cõpetebat aut cõpetere poterat eo ipſo abſq; iuris,aut hominis miniſterio ſurrogẽtur,& ſurrogati eſſe cẽſeantur,ac in eorũ fauorẽ cauſa de ſuper pendens aduocata, & lis extincta fuiſſe,& ſimiliter eſſe cẽſeanẽ.Quodq; de cætero ſupplicationes etiã manu noſtra , & motu proprio ſignatæ,niſi habuerint clauſulã q; eorum ſola ſignatura ſufficiat nullã aliã, quã per literarum ſuper illis conficieñ.fidem,aut probationẽ faciant, ſeu præſtent,nec vlla eis in aliquo alio caſu fides adhibeatur,aut adhiberi poſſit. Decernẽs ſic & non aliter,tam in eadem curia,quã extra eam,& in partibus p quoſcunq; iudices, ac cõmiſſarios quauis etiã apoſtolica auctoritate prædicta fungentes etiã cauſarum palatii huiuſmodi Auditores et ipſius R. E.Card. in quauis cauſa,& inſtãtia ſublata eis, et eorũ cuilibet quamuis aliter iudicandi,et interpretãdi auctoritate, & facultate iudicari & diffiniri debere,ac irritum &c.

Placet pulicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupradicta Regu
la Rome in Cācellaria Apoſtolica An
no Incarnationis Dominicę Milleſimo
quingenteſimo quinquageſimo tertio.
Die vero Sabbati. XXVII. mēſis Maii.
Pontificatus prælibati Sanctisſimi Do
mini noſtri Domini Iulii, Diuina pro
uidētia Papæ Tertii. Anno Quarto.

A. Lomelinus Cuſtos.

Digitized by Google